Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 1. Autariotæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

Visual Library

MEDITERRANEÆ VRBES.
- METVLVM: *Metling*, ad Fl. Colapim *Kulp*, de hoc plura in Iapodibus diximus.
- Velſera, ſeu Volſera, & Velſera malè à Ptolemæo affigitur littori Adriano, hodie *Caſtrum nouum*, ſeu *Nouigrad*.

INSVLÆ
- Apſorus Ptole. Abſorus & Abſyrtis Melæ, Abſyrtides Straboni, vbi Medea fratrem dicitur diſcerpſiſſe: Abſyrtis *Oſero*, Abſorus *Cherſo*, iam duæ Inſulæ, de iis in Italiâ.
- Curicta Plinij, Cyractica Strabonis ponè Iapodas, *Veglia*.
- Giſſa omnium iudicio *Pago*.
- Scardona hîc Inſula collocatur à Ptole. è regione Iaderæ: fortè ex vna Inſula duæ factæ ſunt, quarum vna dicitur *Scarda*, alia *Malconſiglio*.

NVM. 2. *Liburni*, partie Occidentale de Dalmace.

MARITIMÆ VRBES.
- Ænona, aliter Enona *Nona*.
- IADERA incolæ Iadertini Hirtio: *Zara*.
- Corinium: *Gliuba*, in ruinis iacet.
- Scardona: *Scardo*, ad æſtuarium Scardonium, ſeu lacum *Varuaria*.

MEDITERRANEÆ VRBES.
- Curcum, nunc *Zucea*, ad Fl. *Cherea*.
- Arucia: quid ſit neſcitur.
- Stupi: nunc *Bergane*, deſolata.

INSVLÆ
- ISSA, cuius incolæ Iſſenſes, & Iſſæi Liuio, in Epitome Strabonis Iaſſa, Cæſari Hiſſa, Eſſios Appiani, hodie *Liſſa* Sophiano, aliis *Iſola Grande*.
- Celaduſæ *Incornata*, aliis *Laguſa*.

§. 2. *Dalmatia.*

NVM. I. *Autariotæ, aliter Tariotæ,* le milieu de la Dalmace.

VRBES MARI-
- Sicum in quem locum Claudius veteranos miſit teſte Plinio: *Sebennico*.
- Tanona: *Tinna*, vel *Tuina*, Nigro.
- Tragurium: *Trau*, olim Inſula Hirtij Thauris videtur, vnde quinque populi tempore Plinij iura petebant; Nauale Dalmatarum fuit.

TIMÆ

Salona, vbi quondam nobile palatium Diocletiani, *Spalatto* Hermolao eſt: Niger ait vrbem hanc intercidiſſe, ſed indicari locum ab indigenis, vbi arx *Cloſſa.*

Epetium, incolæ Epetini Plinio, ſed inſulares eos innuit: Sophiano eſt *Spezze*, meliùs *Chinquio*, aut *Chinco.*

Peguntium, Plinio Piguntiæ *Almiſa*, ad Fl. Cetinam.

VRBES MEDITERRANEÆ.

Narona Col. ad Fl. Naronem, qui Nara Melæ dicitur, vnde Varrone teſte 89. ciuitates iura petiere, tempore Plinij populi duodecim quos nominat. Ptolemæus Narbonam nominat Ναγανὰ, & Ναγῶνα variantibus M. M. S. S. manifeſto errore, nam apud Tullium epiſt. 77. lib. 13. ad Sulpitium Narona dicitur, quomodo apud Æthicum appellatur. Malè ergo Iul. Scaliger Carum & eius filios Carinum & Maiorianum Illyrios putat, quia Narbonenſes fuiſſe dicuntur; peiùs recentiores aliqui indidem ortum credunt S. Sebaſtianum, qui Narbonenſis vulgò exiſtimatur: hodie vrbs & Fl. *Narenta.*

Adra: *Auſech*, aliis *Zeruuas* caſtrum.

Saluia, Syluia Antonino: Niger ait ſeruare nomen; Leandro *Alia*, meliùs *Soſech.*

Anderium Dionis, Andecrium Ptole. Andretium Strabonis: *Sfinga.*

Burnum, Burnium Liuio in Cauiorum gente, caſtrum dicitur à Plinio Ro. nobilitatum præliis: *Grachiua.*

Blanona: *Banialuch.*

INSVLÆ

Pharia, quam Procopius Leſinam vocat, Demetrij proditoris vrbs, de quo Appianus & Strabo; hodie dicitur *Leſina.*

Tauris, malè à quibuſdam cum Tragutio confunditur: hodie *Labraſſo.*

Nvm. 2. *Vardiæi*, Partie de Dalmace, & de la Seruie.

MARI-

Onæum, Liuio Oenæum ad Fl. Artatum in Peneſtiâ regione, *Sabionello*, aut *Cideriſſo*, Sophianus malè *Cabo Cumano* putat.

Epidavrvs, Epidaurum colo. Plinio Parthinorum,